

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Non tibi sed religioni. Emblema VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

gens gentem premit agrorum vastatione, rapinis, incendijs, & excursionibus continuis, nec ratio viciniae tuetur, nec ius propinquitatis: exhaustiuntur araria, & cauterium hoc mutae expilationis & spolijs ad medullam vsq; descendit, quo nervi secantur Christianae Reipub. atque omnis adeo sorberetur & exurgitur sanguis, vt luridi cadaueris iam potius, quam vegeti corporis ac valentis vitam referat imaginem, elumbis profus atq; arida. Cùm interea barbarus ille Mahometicæ perfidiae propagnator, Asiaticus hostis, cladi nostrae communi & exitio gauauiter inuigilet, diripiat regna atque prouincias, viresq; latius indies & cruenta tyrannidis suae brachia porrigat, & abductis in captiuitatem miseriam populis limitaneis, in ipsa Germaniæ viscera paulatim penetret. Has tibi, ò mea Germania, dissidiorum faces profanae religionis contemptus accendit, & propitiatorij sacrificij pedibus haereticorum conculcata reuerentia. Quid enim boni à Deo

sperandum his aut capeffendum, qui proditoris rei, tanquam de fertores & transfugae, non solum ruperunt fœdera pacta cū iplo, & sacramenti religione stabilita; sed in castra eiusdem & tentoria, protritit audaci calcaneo victoriae monumentis & insignibus, extremae temeritatis & impudentiae reliquerunt exemplum omni quo memorabile: vt quamuis Christi nomine gloriantur, & Euangelica illa sua libertate, ce-lumq; sibi debitum, nescio quo iure, iactitent, fidem praeterea ac spem suam totam, in ad temerariam praesumptionem ac sacrilegam, nulla opetum ratione habita, Crucis solius ac passionis merito, securi salutis scilicet, confidenter fulciant: Christi nihilominus salutarem, puram, & incorruptam doctrinam, & legem gratiae, velut humeris suis intolerabilem, perosi, probris omnibus nefarie proscindant, argumento certe insignis nequitiae. Tu, summe Deus, errorum tenebras gratiae tuae luce illumina, tu qui solus seis & potes.

Non tibi sed Religioni.

EMBLEMA VII.



ISIDIS effigiem tardus gestabat asellus,
 Pando verenda dorso habens mysteria.
 Obuius ergo Deam quisquis reuerenter adorat,
 Piasque genibus concipit flexis preces.
 Ast asinus tantum prestari credit honorem
 Sibi, & intumescit, admodum superbiens:
 Donec eum flagris comespescens, dixit agaso:
 Non es Deus tu, aselle, sed Deum vehis.

COMMENTARI I.

I. **A**STET asinus simulacro Ifidis onustus, elato capite, arctetis auribus, in asinina maiestate, coram turba flexis genibus procumbente, quem agaso fuisse non perfunctorie dedoleo, vt hic apparet. Vellem tamen ego Ifidem paulò aliter efformatam, velo scilicet tectum caput, & ramum potius viridantem quam arentem in dextra: vellem præterea asellum sine Apocope. Versus sunt Hexametri, & Trime- tri Iambici, vt supra Embl. 5.

II. **S**VMP TVM est Emblemata ex Gabriæ apologis. Sic enim ille:

Fons Em- blematis.

*Ἄ μεις ὄνος παρήγεν ἀργυρῶν βίβλας,
 Ὅ περ συνειτὼν πάς τις αὐτῷ προσκύνει.
 Τὸ φθὸν ἰπαθεῖς, μὴ θύλον μὲν εἶναι ὄνος,
 Ἡ κούσιν, ἢ θεῖς σὺ, τὸν θεὸν δ' ἄγεις.*
 Cuius talis circumfertur translatio: *Hu- meris asinus gestabat argenteum simula- crum, quod unusquisque occurrens adora- bat. Superbia vero elatus volens manere asinus, audiuit: Non es tu Deus, sed fers Deum. Affabulatio. Quod oporteat eos, qui in dignitatibus constituti sunt, cogno- scere se esse homines. Hi versiculi quo- niam commodè (sed περιφραστικῶς) red- diti sunt à Gabriele Faerno Cremonensi, conferam huic perlibenter: *Simulacrum asellus bainlans argenteum, Cum id transientes flexu adorarent genu, Sui hoc honoris gratia est fieri ratus: Langue insolenti elatus arroganti Nolebat ambulare, donec aspero Probrè dolatus fuisse clunes, audiit: Ostulit, non es tu Deus, sed fers Deum.*
SE NORIT HOMINEM, QVI
MAGISTRATVM GERIT, Fa- bulæ huius rationem vno disticho com- plexus est Ioannes Mercerus, Hebrææ lin- guæ Doctor regius, quod ab eodem non se*

mel in suggestu obiter dictum:
Quid sibi vult asinus: ergo mysteria por- tans?

Indoctos videas sapè præesse sacris.

Non erit à re alienum, si adiecero asinum à veteribus Ægyptijs sapientiæ, fortitudi- nis, laboris indelessi, & frugalitatis esse sym- bolum. Qui enim sapientiæ sit operam da- turus, eum oportet victu esse tenui, omnia, quæ in vitam humanam cadere possunt, æquo ferre animo, neque ad vllam exan- descentiam aut contumeliam sese conuer- tere: animo esse paruum, simplicem & inopem, vt asinus est, qui nullum inter cat- duos & lactucam discrimen faciat: nullum deniq; sit onus quod detrectet: & vbi opus fuerit, pro boue terram proscindat, sitq; totius humanæ commoditatis assiduus mihi ster, vt etiam, quod adagio dicitur, portare mysteria compellatur. Lege Pieriũ Hiero- glyph. lib. 12. vbi plurima de asino congef- sit. Sed ne vllum officiosissimæ seruitutis genus huic brutorum generi desit, nostris etiam morbis nos leuare, ac eos ad se reci- pere perferreque naturæ ipsius vi quadam occulta, minimè detrectat. Nam vt A- pul. lib. de re rustica ait, si quis à scorpione ictus super asinũ asederit ad caudam con- uersus, transibit in asinum dolor, & is pro percusso torquebitur. Addit & Democri- tus suam fabellam, qui ait, percussam à scorpione, si statim ad asinum quendam acce- dens in aurem eius dixerit: Scorpium me percussit; non doliturum amplius, dolore scilicet in asinum transeunte, qui mox pe- dendo emoritur, vt addit Zoroastes. Et hæc quidem mihi meditati, succurrit il- la mordax & acuta Cornelij Agrippæ de- clamatio, quam de scientiarum vanitate in- scripsit, ad cuius finem adiunxit Asini encomium

Quid per asini sym- bolum ve- teres intel-lexerunt.

Asini en- comium pro Corne- lium Agrippam.

encomium , de quo homine quid omnino sentiam nihil habeo necesse dicere: nisi quod cum in literas declamavit, videri voluit egregie literatus : quanquam tamen non minus apud sanos videatur aucupio vanitatis delectatus, quam otiose solers in vanitate atrium infectanda

III. Isis.

ISIDIS] Isis prius Io dicta, filia fuit Inachi regis Argiuorum, quam Iupiter amavit, & fortuito eius conjugio Iuno interueniente, vt non cognosceretur, mutauit in vaccam candidam. Sed Iuno propter suspicionem, astute illam vaccam sibi dari petijt; quam deinde Argo centum oculos habenti, diligentissime custodiendam commisit. Tandem ea ad Nilum perueniens, implorato Iouis auxilio, pristinae formae restituta, ab Aegyptijs pro Dea culta fuit, Isisq; appellata, de qua Suidas, Ouid. 1. Metamorph. & multa Diodorus lib. 1. c. 2. & alibi, qui ait, primos in Aegypto genitos homines, hunc mundum admirantes, vniuersorumq; naturam, duos tantum Deos, & quidem aeternos credidisse, Solem & Lunam, & illum quidem Osiridem, hanc vero Isidem appellasse, vnde Isidi apponit cornua. Herodotus per Isidem intelligi Ceterem ab Aegyptis tradit; vt per Osiridem Baccum. Idem & Diodorus sentit, atq; etiam ipsius verba subiiciam. Quidam, inquit ille, Isidem Iouis Aegyptii Regis filiam fuisse, eandemque cum Cerere esse, quae ab Osiride fratre vxor accepta, multa contulerit ad usum vitae humanae. Prima enim triticum & hordeum, quae prius incognita hominibus casu inter caeteras herbas oriebantur, inuenisse fertur. Leges quoq; Isidem statuisse ferunt, quibus iustitia aequae omnibus seruaretur, vt atq; iniuria timore poenae sublatis. Hac de causa prisca Graeci Isidem legiferam appellarunt, tanquam primam legum inuentricem; & quae sequuntur. Extat Plutarchide Iside & Osiride commentarius, quem vide, si plura de hac re cupis. Addam tamen quaedam auctarij vice ex eodem libro. In Sai Pallados erat exemplum, quam Isim etiam arbitrantur, eiusmodi praescriptione: *ἰσὶ εἶμι πᾶν τὸ γέγονός, καὶ ὄν, καὶ ἰσόμενον, ἕ τὸν ἑμὸν πῖπλον ἰδέεις θεοθητὸς ἀπακάλυ.* I. e. Ego sum omne quod fuit, est, erit; meum populum mortalis reuelauit nemo. Nec his multum dissimilia sunt, quae tradit Diodorus, Ait

Isis e: de cum Cere.

Isis legifer.

namq; sacris literis in Isidis columna haec fuisse scripta verba: *Ego Isis sum Aegypti Regina, a Mercurio erudita: quae ego legibus statui, nullus soluet. Ego sum Osiridis. Ego sum prima frugum inuentrix. Ego sum Ori Regis mater. Ego sum in astro canis: vrsulgens. Mihi Bubasta urbs condita est. Gaude, gaude, Aegypto, quae me nutriti. Caeterum ne illud quidem silentio praeter eundem est, quod narrat Eusebius in Chronica, rapuisse Iouem Io Inachi filiam, in vaccamq; transmutasse, quo tempore apud Hebraeos Patriarcha Iacob regnabat. Plura de Iside habes apud Pierium Hieroglyph. lib. 39. Caelium Rhodig. lib. 5. c. 12. Natalem Comitem Mythol. lib. 8. cap. 18. Huius etiam meminit D. Augustin. lib. 8. de ciuitat. cap. vit. alijq; locis, Lactant. 1. cap. 11. & 15. quidq; ea significetur enarrat Macrob. cap. 20. lib. 1. Saturni. & postremo Lilius Gyraldus Syntagm. 12.*

Effigiem] signum ad similitudinem viuat alterius, vel ad veritatis imaginem factum, tam in picturis, quam in sculpturis. Dicitur etiam effigia, sicut materies, materia, luxuries, luxuria, & caet. Plaut. in Rudent.

Effigies.

Effigia.

Pro Dijs immortales, Veneris effigia haec quidem est.

Afranius Vopisco:

Imago? cuius te suscitatur

Imago? cuius effigia cognatus patre?

Tardus asellus] Recte, & ad veritatem appositè. Sic enim non raro videmus eos praefici magnis & honorificis functionibus, vt etiam sacerdotijs, qui sunt omnium tardissimi & imperitissimi. Hanc asinum tarditatem & ignauiam intellexit Antisthenes, cum Atheniensium iudicium in creandis magistratibus notaturus suaderet eis, vt asinos ad agriculturam deligerent, quos cum illi negaret idoneos ad arationem: Atqui, inquit ille, non satis vobis est magistratu elegisse, siue apertus, siue inceptus vir ille sit ad gerendum? Ex hac tamen nota tarditatis excipiendi sunt asini Palaestini, qui equos ipsos pernicitate prouocare dicuntur. Et apud Euphratem Xenopho primo de Cyri minoris expeditione, iumentos ait asinos, qui equos cursu facile superarent.

Pando dorso] Reflexo, incuruo, propter impositum onus. Ouid. 4. Metam. Sustinet, & pando non fortiter haeret asello. Idem

Asinorum quorumdam pernicitas.

Pandus.

Idem

Idem 1. Fastorum:

Venerat & senior pando Silenus asello.

Et 3.

Viq; piger pandi tergo residebat aselli. Et naues panda, hoc est, incurtae dicuntur solenni epitheto. Lucret. lib. 5.

Tum mare velivolunt florebat nauibus pandis.

Virgilius:

Et pandas ratibus posuere carinas. Ouid. 2. Amor.

Currat in immesum panda carina salum. Dicitur etiã de alijs rebus. Virg. 2. Georg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Et Ouidius 10. Metamorph. de apro loquens:

Protinus excussit pando venabula vestro. Deriuatur autem à verbo Pando, as, quod incurtare significat. Hinc Pandiculario; & Pandiculari. dicuntur ij, qui toto corpore officitantes extenduntur, eò quod pandi fiunt, Plaut. Menæch.

Ut pandiculari officitatur?

Verenda,] honoribus diuinis afficienda. Ouid. 9. Metamorph. de Hercule flammeis exusto:

maiorque videri

Cæpit, et augusta fieri grauitate verendus.

Habens mysteria] Mysterium, Latine arcanum, sub quo aliquid arcani latet, res occultæ, quæ nefas est vulgo efferi, quoq; ijs tantum cognita, qui iisdem sacris initiantur. Putatur hoc sacrorum genus ab Eleusina, tetra Atticæ oppido, in reliquis terras translatum tibi enim duo erant mysteriorum genera, maiora scilicet, Cereri sacra; & minora Proserpinæ eius filia. Et quia quæ in ijs agebantur, sacerdotes summo studio occultabant, factum, vt mysteria pro arcanis accipiamus. Vide Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 9. Dicuntur μυστήρια, ἐστὶ δὲ μυστήριος τὴν εἰρη εἶδος. id est, quod oportet occultare intus, intus custodire, nec cuiquã profano explicare. vel ἀπό τε μὲν τὸ σῆμα. ab obfignando ore; omnibus enim mysterijs silentij fides debetur. Vide prouerbiũ, Ante mysteria discedere. Alludit autem hoc loco ad paremiam, ἄνος ἄγων μυστήρια. Asinus portans mysteria. In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quoquam versabatur. Veluti si quis ignarus literarum bibliotheca præfectus eiset. Anistophanes in Ranis:

Νῦν τὸν δὲ ἰσθῶν ἄν ὄνος ἄγων μυστήρια. Ἀτὰρ ἔκατ' ἔω τάυτα τὸν πλάω χρονον id est:

Ita per Iovem sum asinus vehens mysteria. Verum ista non iam sustinebo diutius.

Interpres affirmat, iude natum adagium, quod olim quibus ad peragenda sacra Eleusina opus erat, asino imposta deportabantur. Quadrabit & in eos, quorum opera alij duntaxat est vsui, cum ad ipsos præter molestiam, nihil interim redeat: veluti si quis cibos alij gustet, quibus ipsi non liceat vesci. Huc allusisse videtur Apuleius, cum se fugit asinum Cererem Deam circumferentem. Suidas ascribit, Dæmonem paremiam ad lapidem molarem referre, quem Græci ἄνον appellant, propterea quod in sacris molis frumentarijs coronas imponere consueverint. Itaq; torquetur de eleganter in eos, quibus iminentibus honos habetur: veluti cum indotus Doctoris titulus, pileum, & annulus aliaq; id genus insignia tribuuntur. Hæc Erasmus.

Obnius ergo quisquis] Quisquis, pro Quis Quiuus. Thom. Linac. lib. 2. de part. E. nall. autor est, hæc nomina sepe mutari, vt Quisquam, pro Quiuus. Cicero ad Terent. Nisi vos fortiores cognoscerem, quam quemquam virum.

Reuerenter adorat] Adorare, Nonius explicat, pro Religione propitiare; traducitque ab adore, frumenti genere, quod epulis & immolationibus sacris pium habebatur. Propriè tamen adorare, est ad os admouere, quod in Deorum salutatione offeruatum testatur Lipsius lib. 2. Elect. c. 6. Multi enim eminus stâtes, quod Deos ore profano tangere verebantur, manum porrigebant, eamq; ad os suum relatum suauitabantur. Idem videtur sentire Tui neb. Aduers. lib. 18. cap. 6. & lib. 25. cap. 1. Vbi veteres solitos scribit in portis vrbium aliqua Deorum simulacra statuere, quæ quæ vrbes inibant, aut inde exibant, ritu quodam religionis, tecta dextra manu salutare consueuerant, mox manum ad osculum referre. Vnde salutare Deos, pro Adorare, Plautus vsurpat in Stich: Deos salutatum atq; uxorem modo intrò de uortor domum.

Idem, pro Ori admouere, argutè & festiuiter posuit in Amphitruo: Nec Bacum saluitem hodie, nec Cererem,

D ni

Pandiculari.

Verendus

Mysteria

Mysteria unde dicta.

Asinus portans mysteria.

ὄνος, lapis molaris.

Adorare.

Quid pro prii.

factus, scribarum, officiorum, aliorumque generis eiusdem, minuerit eam prerogatiuam, quam longo tempore usurparunt: iussit enim ministros, non magistros se esse meminissent. Non possunt praeterire locum e Panegyrico Pliniano longè præclarum: Princeps (ait) vt se hominibus impetare norit, ita se ipsum hominem quoque esse cogitet. Itaq; voces & laudationes, quæ iumentis soli debentur, tanquam putidissimas assentationes oderit. Hæc ille.

3. Notantur non modò ij, qui se indignos cuius dignitati ingerunt, sed & ij, qui his talibus honores, dignitates, & magistratus committunt. Hos deinde auritos assinos vides superbire, insulari, & tumidos se se iactare ac ostentare, vt nihil magis. De his lusit nostro epò festiue, nec sine sale vir non indoctus, cum quo Lutetia ante anno 25. ingenij cultum se cepisse ait Minos. Sic ille:

En tibi vos venerandus άγρον μυσνηία, verum

Sacrarium custos, præsidet immo sacris. Ex quo altum spirans Superis sese aequat, Et imas.

Ob sacra qua gestat, torreat ore minax. Quid facias illis auritis sine rudere asellu, Quem præcul à sacris rebus abesse decet.

Quid ergo mitum si rem perperam agi cernamus, & contingere id, quod de asino iuentat ferente fabulatur Nicander, quod subiungendo lectori minimè molestum, me fore confido. Mortales, aiunt, impetraf se olim à Dijs multis precibus, vt perpetuo iuentutis munere donarentur, atque ita nunquam in posterum senio contabescerent. Hanc igitur simulac Iouis benignitate accepissent, imperitos adeo retum finis, vt eam asino vectandam committerent; qui cum siti confectus ad quandam fontem peruenisset, in quo serpens loci custos stantium habebat custodiam, cumque ibi bibere tentasset, à serpente prohibitus est, neq; alia conditione bibendi facultas illi facta, quam vt id omne quod vehebat onus, angui mercedis nomine concessisset. Ex eo inde tempore omnes angues singulis annis abiecta senectute iuuenescere, homines verò senio confectos emarefcere,

ac stoliditatis penas luere, quod iuentutem tanto expetitam studio negligent r custodisset. Hinc illa Tibulli querimonia: Anguibus exuitur tenui cũ pello vetustas,

Cur nos angusta conditione sumus?

Apuleius olim, vt ferunt, mentem hominis tegebat sub asinina specie: at nunc multi sunt, qui sub humana specie tegunt asinu; adeo vt non de Asino aureo, sed de homine ligneo nunc benigna suppeditaret materia. Nam

Summa rudos asini veru fastigia scandunt,

Maximus hoc illis tempore venit honos.

Et nisi sis asinus, nullu tibi nomen habebis,

Ac omni spretus desitueris ope.

Non ab simile est illud, quo lusit idem qui supra:

Sarcinulis oneratur equus, sacra gestat asellus:

Munera partiri tam male, France, doles?

Hoc significat imperitos rerum, ac planè Imperitum Ecclesiasticis, generosos & eruditos ad infimas ablegari curas. Qui si aliquando impatentia æku exenti, non nihil recalcitent, & onus detrectent, mox petulantis linguæ flagro compescuntur:

Sis asinus, quæcumq; asinu sors aspera fecit.

Et quos ludos, fortuna, facis? imò quotus quisq; qui non desperet, dum virtus nomen inane est? Audi Martialem de hoc ipso querulum, 9. Epigr.

Dentibus antiquas solitus producere pelles.

Et mordere luso putre, vetusque solum:

Præstina tenes desunã rura patroni,

In quibus indignor si tibi cella fuit.

Rumpis & ardenti madidus crysfalla Fædermo,

Et pyruris domini cum Ganymede tui:

At me litterulas stulti docuere parentes.

Quid cum Grammaticis, Rhetoribusq; mihi?

Frange leuis calamos, et scinde Thalia lictellos.

Si dare futuri cæteus ista potest.

Sed non vltra agitabo asinos, & verborum sarcinas suspendam: siquidem

Latores essent multò quam pondera plures.

Si cuius asino sarcina danda foret.

Relictis ergo asinis, quæ Dij vocant, ibo.

Arrogantia indoctorum.

Fabula de asino iuuentam ferente.